Qui ponis nubem ascen
sum tuũ: qui ambulas su
per pennas ventorũ. Qui

facis angelos spūs: et mīm
stros tuos ignem vrentem.
Qui fundasti terrā supr
stabilitatem suā: non īcli
nabitur in secula seculi
Abyssus sicut vestimen
tum amictus eius: supr
montes stabunt aque -
Ab increpatione tua fu
gient: a voce tonitrui tui for
midabunt Ascendunt
montes et descendūt: cāpi
in locum quē fundasti eis.
Terminū posuisti quē
non transgredientur: neq;
conuertentur operire terrā
Qui emittis fontes i con
uallibus: inter mediū mon
tiū pertransibunt aque -
Potabunt omīs bestie a
gri: expectabūt onagri in si
ti sua. Super ea volucres
celi habitabunt: de medio
petrarū dabūt voces Ri
gans montes de superioribz
tuis: de fructu operū tuorū
saciabitur terra Producens
fenū īmentis: et herbā
seruituti hominū. Ut edu
cas panem de terra: et vinū
letificet cor hoīs. Ut exila
ret faciem in oleo: et panis
cor hoīs confirmet. Sa
turabuntur ligna campi et
cedri libani quas plantau
it: illic passeres nidifica
bunt. Herodii domus dux
est eorū: montes excelsi cer
ms petra refugium herina
cijs Fecit lunā in tempo
ra: sol cognouit occasū suū.
Posuit tenebras et facta
est nox: et ipā pertransibūt
oīs bestie silue Catuli
leonū rugientes vt rapiāt:
et querant a deo escam sibi.
Ortus est sol et congrega
ti sunt: et in cubilibus suis
collocabuntur Exibit
homo ad opus suū: et ad
operationē suā vsq; ad ves
peram Quā magnifica
ta sunt opera tua dne: oīa
in sapientia fecisti: īpleta
est terra possessione tua -
Hoc mare magnū et
spaciosum manibus: illic
reptilia quorū non est nu
merus Animalia pusilla
cum magnis: illic naues
pertransibunt. Draco
iste quē formasti ad illudē
dum ei: oīa a te expectant
Vt des illis escam in tēpore
Dante te illis colligent:
aperiente te manū tuam
oīa implebuntur bo
nitate Auertente autē te
faciem turbabuntur: au
feres spīritū eorū et defica
ent: et in pulueren suū
reuertentur. Emitte spi
ritum tuū et creabuntur:
et renouabis faciē terre.
Sit glia dn̄i in seculū:
letabitur dn̄s in operibus

suus. Qui respicit terrā
et facit eam tremere: qui
tangit montes et fumigāt.
Cantabo dño in vita
mea: psallam deo meo quā
diu sum. Jocundū sit
ei eloquiū meum: ego vero
delectabor in dño. Defi
ciant pctōres a terra et im
qui ita vt non sint benedic
anima mea domino. ps 112
Confitemini dño 104
et invocate nomen
eius: annūciate inter gen
tes opera eius. Cantate
ei et psallite ei: narrate
omnia mirabilia eius. Lau
damini in nōe scō eius.
Letetur cor querentiū
dñm: querentiū dñm et
confirmamini querite fa
ciem eius semper. Memen
tote mirabiliū eius que
fecit: prodigia eius et iu
dicia oris eius. Semen
abraham serui eius: filii
iacob electi eius. Memor
fuit in sēm testamenti sui:
verbi quod mandauit in
mille generationes. Quod
disposuit ad abraham: et
iuramenti sui ad ysaac.
Et statuit illud iacob
in preceptū: et isrl in te
stamentū eternū. Dicēs
tibi dabo terrā chanaam
funiculū hereditatis vre.
Cum essent numero
breui paucissimi et incole
eius. Et pertransierūt
de gente in gentē: et de reg
no ad populū alterum.
Non reliquit hominē
nocere eis: et corripuit pro
eis reges. Nolite tangere
xpōs meos: et in prophetis
meis nolite malignari.
Et vocauit famem sup ter
ram: et omne firmamentū
panis contriuit. Misit
ante eos virū: in seruū ve
nundatus est ioseph.
Humiliauerūt in com
pedibus pedes eius: ferrū
pertransiit aīam eius do
nec veniret verbum eius.
Eloquiū dñi inflāma
uit eū: misit rex et soluit
eum princeps populorū
et dominū fecit eum. Con
stituit eum dñm domus sue:
et principem omnis posses
sionis sue. Et erudiet
principes eius sicut semet
ipm: et senes eius prude
tiam docebit. Et intrauit
israel egyptum: et iacob
accola in terra cham. Et
auxit ppm suū velde: et
fortem eum fecit inimicis
eius. Conuertit
cor eorū vt odirent po
pulū eius: et dolum fece
runt in seruos eius. Mi
sit moysen seruū suū aaron
quē elegit ipm. Posuit

in eas verba significationis suorum:
et prodigiorum suorum in
terra chum. Misit tenebras
et obscuravit: et non exa
cerbaverunt sermones suos.
Convertit aquas eorum
in sanguinem: et occidit pis
ces eorum. Dedit terra
eorum ranas: in penetralibus
regum ipsorum. Dixit
et venit cynomia et sympes
in omnibus finibus eorum.
Posuit pluvias eorum
grandinem: ignem comburen
tem in terra ipsorum. Et
percussit vineas eorum et
ficulneas eorum: et contrivit
lignum finium eorum. Dixit
et venit locusta et bruchus
cuius non erat numerus.
Et comedit omne fenum
in terra eorum: et comedit
omne fructum terre eorum. Et
percussit omne primogenitum
in terra eorum: primitias
omnis laboris eorum. Et
eduxit eos cum argento et
auro: et non erat in tribu
bus eorum infirmus. Le
tata est egyptus in profec
tione eorum: quia incubu
it timor eorum super eos.
Expandit nubem in pro
tectionem eorum: et ignem ut
luceret eis per noctem. Pe
tierunt et venit coturnix
et pane celi saturavit eos.
Dissupit petram et fluxe
runt aque: abierunt in siccis
flumina. Quoniam memor
fuit verbi sancti sui: quod habu
it ad abraham puerum suum
Et eduxit populum suum in
exultatione: et electos suos
in letitia. Et dedit illis
regiones gentium: et labores
populorum possederunt. Et
custodiant iustificationes
eius: et legem eius requirant.
Confitemini domino quoniam
quoniam bonus: quoniam in
sempiternum misericordia eius. Quis lo
quetur potentias domini: au
ditas faciet omnes laudes
eius. Beati qui custo
diunt iudicium et faciunt
iustitiam in omni tempore.
Memento nostri domine in
beneplacito populi tui: visi
ta nos in salutari tuo
Ad videndum in bonita
te electorum tuorum: ad letari
dum in letitia gentis tue
ut laudem cum hereditate
tua. Peccavimus cum
patribus nostris: inique
gimus iniquitatem fece
mus. Patres nostri in egyp
to non intellexerunt mira
bilia tua: non fuerunt me
mores multitudinis
misericordie tue. Et irritaverunt
ascendentes in mare: ma
re rubrum. Et salva
vit eos propter nomen
suum: ut notam faceret

potentiam suã. Et m
cxpuit mare rubrum·
et exsiccatũ est: et deduxit
eos in abýssis sicut in de
serto. Et saluauit eos
de manu odientiũ: et re
demit eos de manu ini
mici. Et operuit aqua
tribulantes eos: unus
ex eis non remansit ~
Et crediderũt verbis
eius: et laudauerũt lau
dem eius. Cito fecerũt
obliti sunt operũ eius:
et non sustinuerũt con
silium eius. Et con
cupierunt concupiscen
tiam in deserto: et tenta
uerũt deum in aquoso
Et dedit eis petitionẽ
ipsorum: et misit saturita
tem in aias eorum. Et
irritauerunt moysen in
castris: aaron sctũ dñi.
Aperta est terra et de
glutiuit dathan: et ope
ruit super congregatio
nem abyron. Et exar
sit ignis in synagoga eo
rum: flamma combussit
peccatores. Et fecerũt u
tulum in oreb: et adora
uerunt sculptile. Et
mutauerunt gloriam suã
et similitudinẽ vituli
comedentis fenũ. Obli
ti sunt deũ qui saluauit
eos: qui fecit magnalia
in egypto mirabilia in
terra chain terribilia in
mari rubro. Et dixit
vt disperderet eos: si nõ moy
ses electus eius stetisset in
confractione in conspectu
eius. Vt auerteret iram
eius ne disperderet eos: et
pro nichilo habuerũt ter
ram desiderabilem. Non
crediderunt verbo eius: et
murmurauerunt in taber
naculis suis: non exaudie
runt vocem dñi. Et le
uauit manũ suã super
eos: vt prosterneret eos in
deserto. Et vt dispergeret se
men eorũ in nationibus
et dispergeret eos in regio
nibus. Et initiati sunt
beelphegor: et comederunt
sacrificia mortuorũ. Et
irritauerũt eum in adinue
tionibus suis: et multi
plicata est in eis ruina.
Et stetit phynees et plã
cauit: et cessauit quassatio.
Et reputatũ est ei ad iu
sticiam: in generatione et
generationẽ vsq; in sem
piternũ. Et irritauerũt
eum ad aquas contradi
tionis: et vexatus est moy
ses propter eos. quia exa
cerbauerunt spm eius.
Et distulit in labiis
suis: non disperdiderunt
gentes quas dixit dñs

illis. Et cōmixta sunt in
ter gentes: et didicerūt ope
ra eorū: et seruierūt sculpti
libus eorū: et factū est illis
in scandalum. Et immola
uerunt filios suos: et filias
suas demoniis. Et effun
derunt sanguinē innocentē
sanguinē filiorū suorū et fi
liarū suarū: quas sacrifica
uerunt sculptilibus chana
an. Et interfecta est terra
in sanguinibus et contami
nata est in operibus eorum:
et fornicati sunt in adinue
tionibus suis. Et iratus
est furore dñs in pplm suū:
et abhoīatus est hereditatē
suam. Et tradidit eos in
manus gentiū: et dñati
sunt eorū qui oderūt eos. Et
tribulauerunt eos inimici
eorū et humiliati sūt sub
manibus eorū. Sepe liberā
uit eos. Ipi aute exacer
bauerūt eum in consilio su
o: et humiliati sunt in in
quitatibus suis. Et vidit
cum tribularentur: et au
diuit oratione eorū. Et
memor fuit testamēti sui:
et penituit eū secdm multi
tudinem miē sue. Et de
dit eos in miās in conspectu
omniū qui captiuauerant eos.
Saluos fac nos dne deus
nr: et congrega nos de nati
onibus. Vt confiteamur
nomini scō tuo: et glīe
mur in laude tua. Be
nedictus dns deus israel
a sclo et vsq; in sclm: et di
cet oīs ppls fiat fiat. ps

Confitemini dño
quōm bonus: quōm in
seculū miā eius. Dicant
qui redempti sunt a dño:
quos redemit de manu in
imici de regionibus congre
gauit eos. A solis ortu et
occasu: ab aquilone et ma
ri. Errauerunt in solitu
dine in inaquoso: viam
ciuitatis habitaculi non
inuenerunt. Esurientes
et sitientes anīa eorū in ipis
defecit. Et clamauerūt
ad dñm cum tribularētur
et de necessitatibus eorū
eripuit eos. Et duxit
eos in viam rectam: vt irēt
in ciuitatem habitationis
Confiteantur dño miē
eius: et mirabilia eius
filiis hominū. Quia sa
tiauit anīam inanem: et
anīam esurientē satiauit
bonis. Sedentes in tene
bris et umbra mortis vinc
tos in mendicitate et ferro.
Quia exacerbauerunt
eloquia dei: et consiliū al
tissimi irritauerūt. Et
humiliatū est in laboribus
cor eorū: infirmati sūt
nec fuit qui adiuuaret.

Et clamauerunt ad
dñm cum tribularentur
et de necessitatibus eorum
liberauit eos Et edu
xit eos de tenebris et umbra mortis et vincula eorum disrupit Confiteantur
dño misericordie eius: et mirabilia eius filiis hominum.
Quia contriuit portas
ereas: et vectes ferreos confregit. Suscepit eos de
via iniquitatis eorum propter iustificationes enim suas
humiliati sunt. Omnem escam abhorruit anima eorum: et appropinquauerunt
usque ad portas mortis.
Et clamauerunt ad
dñm cum tribularentur:
et de necessitatibus eorum liberauit eos. Misit verbum suum et sanauit eos:
et eripuit eos de interitionibus eorum. Confiteantur dño misericordie eius: et mirabilia eius filiis hominum.
Et sacrificent sacrificium laudis: et annuncient
opera eius in exultatione.
Qui descendunt mare in nauibus facientes operationem in aquis multis.
Ipsi viderunt opera dñi
et mirabilia eius in profundo. Dixit et stetit
spiritus procelle: et exaltati
sunt fluctus eius Ascen-
dunt usque ad celos et descendunt usque ad abyssos: anima
eorum in malis tabescebat.
Turbati sunt et moti sicut ebrius: et omnis sapientia eorum deuorata est. Et
clamauerunt ad dñm cum tribularentur: et de necessitatibus eorum eduxit eos.
Et statuit procellam eius
in auram: et siluerunt fluctus
eius. Et letati sunt quia
siluerunt et deduxit eos in portum voluntatis eorum.
Confiteantur dño misericordie eius: et mirabilia eius filiis hominum. Et exaltent
eum in ecclesia plebis: et in cathedra seniorum laudent
eum. Posuit flumina in
desertum: et exitus aquarum in sitim. Terram fructiferam in salsugine: a malitia inhabitantium in ea. Posuit desertum in stagna aquarum: et terram sine aqua in
exitus aquarum. Et collocauit illic esurientes: et constituerunt ciuitatem habitationis. Et seminauerunt
agros et plantauerunt vineas: et fecerunt fructum
nominauit. Et pauci facti
sunt et vexati sunt a tribulatione malorum et dolore. Effusa est contemptio super principes: et errare fecit eos non
in uia et non in via. Et ad

munit pauperem de mopia:
et posiut sicut oues familias
Videbunt recti et letabuntur: et omis iniquitas
opilabit os suū Quis sapiens et custodiet hec: et intelliget miās dnī. ps. 106
Parat um cor meū deus
paratū cor meū: cantabo et psallam ī glīa mea.
Exurge psalterium et citha
ra: exurgam diluculo. Confitebor tibi ī pplīs dne: et
psallam tibi ī nationibus
Quia magna super celos mīa tua: et vsq; ad nubes veritas tua Exaltare super celos deus et super
omnē terrā glīa tua: vt liberentur dilecti tui Salvum fac dextera tua et exaudi me: deus locutus est ī scō
suo Exultabo et diuidā
siccimā: et comitallē tabernaculoū dimetiar Meus
est galaad: et meus est manasses et effiaym susceptio
capitis mei Iuda rex
meus: moab lebes spei mee.
In idumeā extendam
calciamentū meū: michi
alienigene amici facti sunt.
Quis deducet me in ciuitatem munitā: quis deducet me vsq; in idumeam.
Nonne tu deus qui repulisti nos: et non exibis
deus in virtutibus nris.
Da nobis auxiliū de
tribulatione: quia vana
salus hoīs In deo facie
mus virtutē: et ipe ad nichilum deducet inimicos
nostros. psalmus 108
Deus laudem meā
ne tacueris: quia os peccatoris
et os dolosi super me apertum est Locuta sunt ad
uersum me lingua dolosa
et sermonibus odij circūdederunt me: et expugnauerunt me gratis Pro
eo vt me diligerent detrahebant michi: ego autem
orabam Et posuerunt
aduersū me mala pro bonis: et odiū pro dilectione
mea Constitue super
eum peccatorem: et diabolus
stet a dextris eius Cum
iudicatur exeat condēnatus: et oratio fiat ī peccm.
Fiant dies eius pauci
et episcopatū eius accipiat alter Fiant filij eius
orphani: et vxor eius vidua Nutantes trāsferentur filij eius: et mendicent: eiciantur de habitationibus suis. Scrutetur fenerator omnem
substantiā eius: et diripiant alieni labores eius.
Non sit illi adiutor:
nec sit qui misereatur pupillis eius. Fiāt nati

eius in interitu in generatione una deleatur nomen eius. Et in memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu dñi: et peccatum matris eius non deleatur. Fiant contra dñm semper: et disperdat de terra memoriam eorum: pro eo quod non est recordatus facere misericordiam. Et persecutus est hominem inopem et mendicum: et compunctum corde mortificare. Et dilexit maledictionem et veniet ei: et noluit benedictionem et elongabitur abeo. Et induit maledictionem sicut vestimentum et intravit sicut aqua in interiora eius: et sicut oleum in ossibus eius. Fiat ei sicut vestimentum quo operitur: et sicut zona qua semper precingitur. Hoc opus eorum qui detrahunt mihi: apud dñm et qui loquuntur mala adversus animam meam. Et tu dñe dñe fac mecum propter nomen tuum: quia suavis est misericordia tua. Libera me quia egenus et pauper ego sum: et cor meum conturbatum est intra me. Sicut umbra cum declinat ablatus sum: et excussus sum sicut lo custa. Genua mea infirmata sunt a ieiunio: et caro mea immutata est propter oleum. Et ego factus sum obprobrium illis: viderunt me et moverunt capita sua.

Adiuva me dñe deus meus: salvum me fac propter misericordiam tuam. Et sciet quia manus tua hec: et tu dñe fecisti ea. Maledicent illi et tu benedices: qui insurgunt in me confundantur servus autem tuus letabitur. Induantur qui detrahunt mihi pudore: et cooperiantur sicut confusione sua. Confitebor dño nimis in ore meo: et in medio multorum laudabo eum. Quia astitit a dextris pauperis: ut salvam faceret a persequentibus animam meam. ℣ David. 117

Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. 109

Donec ponam inimicos tuos: scabellum pedum tuorum. Virgam virtutis tue emittet dñs ex sion: dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tue in splendo

ribus scōrum: ex vtero ante
luciferū genui te. Iurauit dñs et non pœnitebit
eum: tu es sacerdos in eter
nū scd'm ordinē melchisedech.
Dñs a dextris tuis: con
fregit in die ire sue reges.
Iudicabit in nationib;
implebis ruinas: conquas
sabit capita in terra multo
rum. De torrente in via
bibit: propterea exaltabit
caput. psalmus. 110
Confitebor tibi dñe
in toto corde meo: in consilio
iustorū et congregatione.
Magna opera dñi: exqui
sita in omnes voluntates eius.
Confessio et magnificē
tia opus eius: et iustitia
eius manet in scm̄ seculi.
Memoriā fecit mirabi
lium suorū misericors et mi
serator dñs: escam dedit
timentibus se. Memor
erit in scm̄ testamenti sui:
virtutē operū suorū annūci
abit populo suo. Vt det
illis hereditatem gentium:
opera manuū eius veritas
et iudicium. Fidelia oīa
mandata eius confirma
ta in scm̄ seculi: facta in veri
tate et equitate. Redēptio
nem misit dñs populo
suo: mandauit in eternū
testamentū suū. Sanctū
et terribile nomen eius:
initium sapientie timor
dñi. Intellectus bonus
omnibus facientibus eum:
laudatio eius manet in
seculum seculi. psalmus
Beatus vir qui ti
met dñm: in mandatis eius volet nimis.
Potens in terra erit se
men eius: generatio rectorum benedicetur. Gloria et
divitie in domo eius: et
iustitia eius manet in se
culum seculi. Exortum
est in tenebris lumen re
ctis misericors et miserator et iustus. Jocundus
homo qui miseretur et
commodat. disponit sermones suos in iudicio: quia
in eternum non commouebi
tur. In memoria eterna erit iustus: ab auditione mala non timebit.
Paratum cor eius sperare in dñō: confirmatum est
cor eius non commouebitur. donec despiciat inimicos suos. Dispersit de
dit pauperibus iustitia
eius manet in seculum seculi: cornu eius exaltabitur
in gloria. Peccator videbit et irascetur dentibus
suis fremet et tabescet: desiderium peccatorum peribit.
Laudate pueri p 112
dñm: laudate

dominum. Sit nomen
dñi benedictū: ex hoc nūc
et vsq; in sēlū. A solis
ortu vsq; ad occasū: laudabile nomen dñi. Excelsus super omnes gentes dñs:
et super celos gl̄ia eius.
Quis sicut dñs deus nr̄
qui in altis habitat: humilia respicit in celo et in terra. Suscitans a terra inopem: et de stercore erigēs
pauperem. Ut collocet
eum cum principibus: cū
principibus populi sui.
Qui habitare facit sterilem in domo: matrem
filiorum lętantem. ps. 112
In exitu israel de 113
egypto: domus
iacob de populo barbaro.
Facta est iudea sanctificatio eius: israel potestas
eius. Mare vidit et fugit: iordanis conversus
est retrorsum. Montes
exultauerunt vt arietes:
et colles sicut agni ouium.
Quid est tibi mare qđ
fugisti: et tu iordanis q;
conuersus es retrorsum.
Montes exultastis sicut
arietes: et colles sicut a
gni ouium. A facie dñi
mota est terra a facie dei
iacob. Qui conuertit
petrā in stagna aquarū
et rupem in fontes aqua

rum. Non nobis dñe non
nobis: sed nomini tuo da
gl̄iam. Super mia tua
et veritate tua: ne quando
dicant gentes vbi est deus
eorum. Deus autē noster
in celo: omnia quecūq; vo
luit fecit. Simulacra gentium argentū et aurum:
opera manuum hominum.
Os habent et non loquē
tur: oculos habent et non
videbunt. Aures habent
et non audient: nares ha
bent et non odorabūt. Manus habent et non palpabūt
pedes habent et non ambu
labunt non clamabūt in
gutture suo. Similes illis
fiant qui faciūt ea: et
omnis qui confidunt in eis.
Domus israel speravit in dño: adiutor eorū et protector eorum est. Qui ti
ment dñm speraverūt in
dño: adiutor eorum et protector eorū est. Dñs memor fuit nr̄ī et benedixit nobis. Benedixit domui israel: benedixit domui aaron.
Benedixit omnibus qui
timent dñm: pusillis cū
maioribus. Adiciat
dñs super vos: super vos et
super vros. Benedicti
vos a dño: qui fecit celum
et terram. Celum celi do
mino: terrā autem dedit

filius hominū Non mo:
tui laudabunt te dñe: neq;
omēs qui descendunt in in
fernum Sed nos qui vi
vimus benedicimus dño:
ex hoc nūc et vsq; in sclm: p' 113
Audi dñe quā exaudiet
dñs: vocem oōnis
mee Quia inclinauit au
rem suam mihi: et i diebus
meis invocabo Circum
dederunt me dolores mo:tis:
et periculā inferni inuenerūt
me Tribulationem et
dolo:em inueni: et nomen
dñi invocavi. O dñe libera
aiam meā misericors dñs
et iustus: et deus nr miser
etur. Custodiens parvu
los dns: humiliatus sum
et liberauit me Convet
tere aia mea in requiē tuā:
quia dñs benefecit tibi.
Quia eripuit aiam meā
de mo:te: oculos meos a la
crimis pedes meos a lapsu.
Placebo dño: in regione
vivo:um. Psalmus dauid 114
Credidi propter quod 115
locutus sum: ego aut
tem humiliatus sū nimis.
Ego dixi in excessu meo
omīs homo mendax Quid
retribuam dño: pro oībus
que retribuit mihi Calicem
salutaris accipiam:
et nomen dñi invocabo.
Vota mea dño reddam
coram omī pplo eius: pre
ciosa in conspectu dñi mo:s
sōrum eius O dñe quia
ego servus tuus: ego servus
tuus et filius ancille tue.
Dirupisti vincula mea
tibi sacrificabo hostiā lau
dis et nomen dñi invocabo.
Vota mea reddam i con
spectu omīs pplī eius: in a
triis domus dñi in medio
tui hierusalem. psalmus 116
Laudate dñm omēs
gentes: laudate eū
omēs pplī Quōm confir
mata est super nos mīa
eius: et veritas dñi manet
in eternum. Psalmus 117
Confitemini dño
quōm bonus: quōm in
sclm mīa eius Dicat
nunc israel quōm bonus: quōm
in sclm mīa eius Dicat
nunc domus aaron: quōm in
sclm mīa eius Dicant
nunc qui timent dñm:
quōm in sclm mīa eius De
tribulatione invocavi
dñm: et exaudivit me in
latitudine dñs. Dñs mi
chi adiutor: non timebo
quid faciat michi homo.
Dñs michi adiutor: et
ego despiciam inimicos me
os Bonū est confidere i
dño: quā confidere in homīe.
Bonū est sperare in dño:
quā sperare in principibz.

Omēs gentes circuierunt me: et in nomine dñi quia vltus sū in eos.
Circumdantes circumdederunt me: et in nomine dñi quia vltus sū in eos.
Circumdederūt me sicut apes et exarserūt me sicut ignis in spinis: et in nomine dñi quia vltus sū in eos. Impulsus eversus sum vt caderem: et dñs suscepit me. Fortitudo mea et laus mea dñs: et factus est michi in salutem.
Vox exultationis et salutis: in tabernaculis iustorū. Dextera dñi fecit virtutem: dextera dñi exaltauit me. Dextera dñi fecit virtutem. Non moriar sed viuam: et narrabo opera dñi. Castigans castigauit me dñs et morti non tradidit me.
Aperite michi portas iustitie ingressus in eas confitebor dño: hec porta dñi iusti intrabunt in eā.
Confitebor tibi dñe quoniam exaudisti me: et factus es michi in salutē. Lapidem quē reprobauerūt edificantes: hic factus est in caput anguli. A dño factū est istud: et est mirabile in oculis nris. Hec est dies quā fecit dñs: exultemus et letemur in ea.
O dñe saluū me fac o dñe bene prosperare: benedictus qui venit in noīe dñi. Benedixmus vobis de domo dñi: deus dñs et illuxit nobis. Constituite diem sollemnem in condensis: vsq; ad cornu altaris. Deus meus es tu et confitebor tibi: deus meus es tu et exaltabo te. Confitebor tibi quoniam exaudisti me: et factus est michi in salutem. Confitemini dño quoniam bonus: quoniam in seculum mia eius. ps cxvij 118
Beati immaculati in via: qui ambulāt in lege dñi. Beati qui scrutantur testimonia ei in toto corde exquirūt eum.
Non enim qui operantur iniquitatē: in viis ei ambulauerunt. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. Vtinā dirigantur vie mee: ad custodiendas iustificationes tuas. Tunc non cōfundar: cum prospexero in omnibus mandatis tuis.
Confitebor tibi in directione cordis: in eo quod didici iudicia iustitie tue.
Iustificationes tuas custodiam: non me derelinquas vsq; quaq;. ps cxvij 127

In quo corrigit adolescentior viam suam: in custodiendo sermones tuos. In toto corde meo exquisiui te: ne repellas me a mandatis tuis. In corde meo abscondi eloquia tua: vt non peccem tibi. Benedictus es dñe: doce me iustificationes tuas. In labiis meis pronunciaui: omnia iudicia oris tui. In via testimoniorum tuorum delectatus sum: sicut in omnibus diuitijs. In mandatis tuis exercebor: et considerabo vias tuas. In iustificationibus tuis meditabor: non obliuiscar sermones tuos. pe

Retribue seruo tuo viuifica me: et custodiam sermones tuos. Reuela oculos meos et considerabo: mirabilia de lege tua. Incola ego sum in terra: non abscondas a me mandata tua. Concupiuit aia mea desiderare iustificationes tuas: in omni tpe. Increpasti superbos maledicti: qui declinant a mandatis tuis. Aufer a me opprobriu et contemptum: quia testimonia tua exquisiui. Etenim sederunt

principes et aduersum me loquebantur: seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis. Nam et testimonia tua meditatio mea est: et consilium meum iustificationes tuas.

Adhesit pauimento aia mea viuifica me secundum verbum tuum. Vias meas enunciaui et exaudisti me: doce me iustificationes tuas. Viam iustificationum tuarum instrue me: et exercebor in mirabilibus tuis. Dormitauit aia mea pre tedio: confirma me in verbis tuis. Viam iniquitatis amoue a me: et de lege tua miserere mei. Viam veritatis elegi: iudicia tua non sum oblitus. Adhesi testimoniis tuis dñe: noli me confundere. Viam mandatorum tuorum cucurri: cum dilatasti cor meum. Legem pone mihi dñe viam iustificationum tuarum: et exquiram eam semper. Da mihi intellectum et scrutabor legem tuam: et custodiam in toto corde meo. Deduc me in semita mandatorum tuorum: quia ipsam volui. Inclina cor meum in

testimonia tua et non
confundas me. Quoniam
oculos meos ne videant
vanitatem: in via tua
vivifica me. Statue
servo tuo eloquium tuum:
in timore tuo. Conpu
obprobrium meum quod iu
dicia tua iocunda. Ecce
concupivi mandata tua
in equitate tua vivifica
me. Et veniat super me
misericordia tua dñe: salutare
tuum secundum eloquium tuum.
Et respondebo exprobrantibus mihi verbum
quia speravi in sermonibus
tuis. Et ne auferas
de ore meo verbum veritatis usquequaque: quia in
iudicium tuum superspera
vi. Et custodiam legem
tuam semper: in seculum et
in seculum seculi. Et am
bulabam in latitudine:
quia mandata tua exquisivi. Et loquebar
in testimoniis tuis in con
spectu regum: et non con
fundebar. Et meditabar: in mandatis tuis
que dilexi. Et levavi
manus meas ad mandata tua que dilexi: et exercebor: in iustificationibus
tuis. Memor esto verbi tui
servo tuo: in quo mihi
spem dedisti. Hec me con
solata est in humilitate
mea: quia eloquium tuum
vivificavit me. Superbi inique agebant usquequaque: a lege autem tua
non declinavi. Memor
fui iudiciorum tuorum a seculo
dñe: et consolatus sum.
Defectio tenuit me pro
peccatoribus: derelinquentibus legem tuam. Cantabiles mihi erant iustifi
cationes tue: in loco peregrinationis mee. Memor fui nocte nominis tui
dñe: et custodivi legem
tuam. Hec facta est mihi
quia iustificationes
tuas exquisivi. psalmo
Portio mea dñe: dixi
custodire legem tuam
Deprecatus sum faciem
tuam in toto corde meo:
miserere mei secundum eloquium
tuum. Cogitavi vias me
as et converti pedes meos:
in testimonia tua. Paratus sum et non sum turbatus: ut custodiam mandata tua. Funes peccatorum
circumplexi sunt me: et legem
tuam non sum oblitus.
Media nocte surgebam
ad confitendum tibi: super
iudicia iustificationis
tue. Particeps ego sum

oīum timentiū te: et custo
dientiū mandata tua.
Mia tua dñe plena est
terra: iustificationes tuas
doce me. psalmus
Bonitatem fecisti cū
seruo tuo dñe: sedm verbū
tuū. Bonitatem et disci
plinam et scientiā doce me:
quia in mandatis tuis credi
di. Priusq̄ humiliarer
ego deliqui: propterea eloquiū
tuū custodiui. Bonus es
tu: et in bonitate tua doce me
iustificationes tuas. Mul
tiplicata est super me iniqui
tas superboꝝ: ego autem in
toto corde et scrutabor mandata tua. Caligata est
sicut lac cor eoꝝ: ego vero
legem tuā meditatus sum.
Bonum mihi quia humi
liasti me: vt discam iustifi
cationes tuas. Bonum
mihi lex oris tui: super mil
lia auri et argenti. ps
Manus tue fecerunt
me et plasmauerūt
me: da mihi intellectum vt
discam mandata tua.
Qui timent te videbunt
me et letabuntur: quia in
verba tua supersperaui. Co
gnoui dñe quia equitas iu
dicia tua: et in veritate tua
humiliasti me. Fiat
mia tua vt consoletur me:
sedm eloquiū tuū seruo tuo.
Veniant mihi miserati
ones tue et viuam: quia lex
tua meditatio mea est. Co
fundantur superbi quia in
iuste iniquitate fecerunt
in me: ego autē exercebor in
mandatis tuis. Conuer
tantur mihi timentes te:
et qui nouerunt testimo
nia tua. Fiat cor meum
imaculatum in iustificati
onibus tuis: vt non con
fundar. psalmꝰ
Defecit in salutare
tuum anima mea: et in verbū
tuū supersperaui. Defe
cerunt oculi mei in eloquiū
tuū: dicentes quando con
solabris me. Quia factus
sum sicut vter in pruina:
iustificationes tuas non
sum oblitus. Quot sunt
dies serui tui: quando fa
ces de persequentibus me iu
dicium. Narrauerunt
mihi iniqui fabulatio
nes: sed non vt lex tua.
Omnia mandata tua ve
ritas: iniqui persecuti sunt
me adiuua me. Paulo
minus consummauerunt
me in terra: ego autē non
dereliqui mandata tua.
Secdm miam tuam viui
fica me: et custodiam testi
monia oris tui. ps dd
In eternū dñe: ver
bum tuū perma

net mi celo. Ingeneratio
ne et generationē veritas
tua: fundasti terrā et per
manet. Ordinatione
tua perseuerat dies: qm oīa
seruiūt tibi. Nisi quod
lex tua meditatio mea est:
tunc forte perissem in humi
litate mea. In eternum
non obliuiscar iustificatio
nes tuas: quia in ipīs viui
ficasti me. Tuus sū ego
saluū me fac: qm iustifica
tiones tuas exquisiui. Me
expectauerunt pctōres vt
perderent me: testimonia
tua intellexi. Omnis con
summationis vidi finem: la
tum mandatū tuū nimis.
Quomodo dilexi le
gem tuā dīe: tota
die meditatio mea est.
Super inimicos meos
prudentem me fecisti mā
dato tuo: quia meum
mihi est. Super oīēs
docentes me intellexi: quia
testimonia tua meditatio
mea est. Super senes in
tellexi: quia mandata tua
quesiui. Ab omni via
mala prohibui pedes me
os: vt custodiam verba tua.
Non declinaui a iudiciis tuis non declī
naui: quia tu legē posuisti
mihi. Quam dulcia
faucibus meis eloquia tua.
Super mel ori meo. Mandatis tuis intellexi: propte
rea odiui omnem viam īi
quitatis. Lucerna pedibus me
is verbum tuū: et lumen se
mitis meis. Iuraui et
statui custodire: iudicia iu
stitie tue. Humiliatus
sum vsq; quaq; dīe: vnufi
ca me secm verbum tuum.
Voluntaria oris mei be
neplacita fac dīe: et iudicia
tua doce me. Anima mea
in manibus meis semper:
et legem tuā non sum obli
tus. Posuerunt pctōres
laqueum mihi: et de man
datis tuis non erraui. He
reditate adquisiui testimo
nia tua meterniū: quia exul
tatio cordis mei sunt. In
clinaui cor meū ad faciēdas
iustificationes tuas: meter
nū propter retributionem.
Iniquos odio habui:
et legē tuā dilexi.
Adiutor et susceptor me
us es tu: et in verbum tuum
super speraui. Declinate
a me maligni: et scrutabor
mandata dei mei. Susci
pe me secm eloquium tuū et
viuam: et non confundas
me ab expectatione mea.
Adiuua me et saluus ero
et meditabor in iustificati
onibus tuis semper. Spre
uisti oīs discedentes a iudi

cijs tuis: quia iniusta cogi
tatio eorū. Preuaricantes
reputaui omēs peccatores terre:
ideo dilexi testimonia tua.
Confige timore tuo car
nes meas: a iudicijs enim
tuis timui. Psalmus dd
Feci iudicium et iustitiam:
non tradas me calū
mniantibus me. Suscipe
seruū tuū in bonū nō calū
mnientur me superbi. Oculi
mei defecerunt in salutare
tuum: et in eloquium iustitie
tue. Fac cum seruo tuo se
cundū misericordiam tuam: et iusti
ficationes tuas doce me.
Seruus tuus sum ego
da michi intellectum: vt sciam
testimonia tua. Tempus
faciendi dñe: dissipauerūt
legem tuam. Ideo dilexi
mandata tua: super aurum
et topazion. Propterea
ad omnia mandata tua di
rigebar: omnem viam iniq̄
tatis odio habui. Psalmus dd
Mirabilia testimo
nia tua dñe: ideo
scrutata est anima mea. De
claratio sermonū tuorum
illuminat: et intellectum
dat parvulis. Os meum
aperui et attraxi spiritum:
quia mandata tua desidera
bam. Aspice in me et
miserere mei: secundum iudicium
diligentium nomen tuum.
Gressus meos dirige
secundum eloquium tuum: et non
dominetur mei omnis iniusti
cia. Redime me a calum
niis hominum: vt custodiam
mandata tua. Faciem
tuam illumina super seruum
tuum: et doce me iustificatio
nes tuas. Exitus aquā
rum deduxerunt oculi mei:
quia non custodierunt
legem tuam. Psalmus
Iustus es dñe: et rec
tum iudicium tuum
Mandasti iustitiam testi
monia tua: et veritatem tuam
nimis. Tabescere me fe
cit zelus meus: quia obliti
sunt verba tua inimici mei.
Ignitum eloquium tuum
vehementer: et seruus tuus
dilexit illud. Adolescen
tulus sum ego et contemp
tus: iustificationes tuas
non sum oblitus. Iu
stitia tua iustitia in
eternum: et lex tua veritas.
Tribulatio et angustia
inuenerunt me: mandata
tua meditatio mea est.
Equitas testimonia
tua in eternum: da intellectum
da michi et viuam. ps
Clamaui in toto
corde meo exaudi
me dñe: iustificationes
tuas requiram. Clama
ui ad te et salum me fac:

ut custodiam mandata
tua Vexem in misericordia
ritate et clamauit: quia
in verba tua semper speraui
ui. Preuenerunt oculi
mei ad te diluculo: ut me
ditarer eloquia tua. Vo
cem meam audi secundum
misericordiam tuam dne: et secun
dum iudicium tuum vivifica me.
Appropinquauerunt
persequentes me iniqui
tati: a lege autem tua longe
facti sunt. Prope es tu
dne: et omnes vie tue ver
tas. Initio cognoui de
testimoniis tuis: quia in
eternum fundasti ea. ps
Vide humilitatem
meam et erue me:
quia legem tuam non sum
oblitus. Iudica iudi
cium meum et redime me:
propter eloquium tuum vivi
fica me. Longe a peccato
ribus salus: quia iustificatio
nes tuas non exquisie
runt. Misericordie tue multe
dne: secundum iudicium tuum
vivifica me. Multi qui
persequuntur me et tribu
lant me: a testimoniis
tuis non declinaui. Vi
di prevaricantes et tabescebam:
quia eloquia tua
non custodierunt. Vide
quoniam mandata tua dilexi
dne: in misericordia tua vivifica
me. Principium verborum
tuorum veritas: in eternum
omnia iudicia iustitie tue. p
Principes persecuti
sunt me gratis:
et a verbis tuis formidauit
cor meum. Letabor
ego super eloquia tua: sic
ut qui invenit spolia
multa. Iniquitatem
odio habui et abominatus
sum: legem autem tuam
dilexi. Septies in die
laudem dixi tibi: super iu
dicia iustitie tue. Pax
multa diligentibus legem
tuam: et non est illis scandalum.
Expectabam salu
tare tuum dne: et mandata
tua dilexi. Custodiuit
anima mea testimonia tua
et dilexit ea vehementer.
Seruaui mandata tua
et testimonia tua: quia omnes
vie mee in conspectu tuo.
Appropinquet de
precatio mea in
conspectu tuo dne: iuxta
eloquium tuum da michi intel
lectum. Intret postula
tio mea in conspectu tuo:
secundum eloquium tuum eripe me.
Eructabunt labia mea
hymnum: cum docueris me
iustificationes tuas. Pro
nunciabit lingua mea elo
quium tuum: quia omnia man
data tua equitas. Fiat

manus tua vt saluet me
quoniam mandata tua elegi.
Concupiui salutare
tuum dñe: et lex tua medi
tatio mea est. Viuet aīa
mea et laudabit te: et iu
dicia tua adiuuabūt me.
Erraui sicut ouis que
perijt: quere seruū tuum
dñe. quia mandata tua
non sum oblitus. ps
Ad dñm cum tribu
larer clamaui: et
exaudiuit me. Dñe li
bera aīam meā a labijs iī
quis: et a lingua dolosa.
Quid detur tibi aut q̄d
apponatur tibi ad linguā
dolosam. Sagitte potē
tis acute cum carbonibus
desolatorijs. Heu mihi
quia incolatus meus p:o
longatus est: habitaui cū
habitantibus cedar mul
tum incola fuit aīa mea.
Cum his qui oderunt
pacem eram pacificus: cū
loquebar illis impugna
bant me gratis. psalmus
Leuaui oculos me
os in montes vnde
veniet auxilium mihi.
Auxiliū meum a dño:
qui fecit celum et terrā.
Non det in cōmotionē
pedem tuū: neq; dormiet
qui custodit te. Ecce nō
dormitabit neq; dormiet
qui custodit israel. Dñs
custodit te dñs protectio
tua super manū dexteram
tuam. Per diem sol non
vret te: neq; luna per no
ctem. Dñs custodit te ab
omni malo custodiat aīam
tuam dñs. Dñs custodi
at introitum tuū et exitū
tuū: ex hoc nūc et vsq; in sclm.
Letatus sum in his
que dicta sūt mi
chi in domū dñi ibimus.
Stantes erant pedes nri
in atriis tuis hierusalem.
Hierlm que edificatur
vt ciuitas cuius participa
tio eius in idipsum. Illuc
enim ascenderunt tribus
tribus dñi testimonium isrl
ad confitendū nomi dñi.
Quia illic sederūt sedes
in iudicio sedes super domū
dauid. Rogate que ad pa
cem sunt hierlm: et habun
dantia diligentibus te.
Fiat pax in virtute tua
et habundantia in turribus
tuis. Propter fratres me
os et proximos meos loque
bar pacem de te. Propter
domū domini dei nri que
siui bona tibi. psalmus
Ad te leuaui oculos
meos: qui habitas
in celis. Ecce sicut oculi
seruorū: in manibus dño
rum suorū. Sicut oculi

aneatle in manibus dñe
sue ita oculi nr̄i ad dñm
deum nr̄m donec miserea
tur nr̄i. Miserere nostri
dñe miserere nr̄i: quia mul
tum repleti sumus dispe
ctione. Quia multum
repleta est aīa nr̄a: oppro
brium habundantibus
et dispectio superbis. ps̄
Nisi quia dñs erat
in nobis dicat nūc
israel: nisi quia dñs erat
in nobis. Cum exurge
rent homines in nos forte vi
vos deglutissent nos. Cū
irasceret furor eorum in
nos: forsitan aqua absor
buisset nos. Torrentem
pertransiuit aīa nr̄a for
tan pertransisset aīa nr̄a
aquam intollerabilem. Be
nedictus dñs qui non de
dit nos in captione dentī
bus eorum. Anima nr̄a
sicut passer erepta est de la
queo venantium. Laqueus
contritus est et nos li
berati sumus. Adiutori
um nr̄m in nomine dñi: qui
fecit celum et terram. ps̄
Qui confidunt in
dño sicut mons
sion non cōmouebitur in
eternū: qui habitat in hie
rusalem. Montes mar
gietui eius et dñs in circui
tu pp̄li sui: ex hoc nunc et
et vsq; in seculū. Quia
non relinquet dñs virgā
pctōrum sup̄ sortem iustō
rum vt non extendant iu
sti ad iniquitatē manus
suas. Bene fac dñe bonis
et rectis corde. Declinan
tes autē obligationes
adducet dñs: cum operanti
bus iniquitatē pax sup̄
israel. ps̄alm⁹.
In conuertendo dñs
captiuitatē syon facti sū
mus sicut consolati. Tūc
repletum est gaudio os nr̄m:
et lingua nr̄a exultatione.
Tunc dicent inter gētes:
magnificauit dñs facere
cum eis. Magnificauit
dñs facere nobiscū: fact̄i sū
mus letantes. Conuerte
dñe captiuitatem nr̄am sic
ut torrens in austro. Qui
seminant in lachrymis: in
exultatione metent. Eun
tes ibant et flebant: mitten
tes semina sua. Venientes
autem venient cum exulta
tione portantes manipu
los suos. ps̄alm⁹
Nisi dñs edificauerit
domū in vanū laborauerūt
qui edificant eam. Nisi
dñs custodierit ciuitatem
frustra vigilat qui custodit
eam. Vanū est vobis an
te lucem surgere surgite post
q̄ sedentis qui manducatis

panem doloris. Qui cum dede
rit dilectis suis somnum: ecce
hereditas dñi filii merces
fructus ventris. Sicut sa
gitte in manu potentis: ita
filii excussorum. Beatus
vir qui implebit desiderium
suum ex ipis non confun
detur cum loquetur inimi
cis suis in porta. Psalmus
Beati omnes qui timet
dñm: qui ambulat
in vijs eius. Labores ma
nuum tuarum quia manduca
bis beatus es et bene tibi
erit. Uxor tua sicut vitis
habundans in lateribus do
mus tue. Filii tui sicut
novelle olivarum in circuitu
mense tue. Ecce sic bene
dicetur homo qui timet do
minum. Benedicat tibi dñs
ex sion: et videas bona hie
rusalem omnibus diebus vite
tue. Et videas filios fili
orum tuorum pacem super isrl'.

Pe.128

Sepe expugnauerunt
me a iuuentute me
a: dicat nunc israel. Sepe
expugnauerunt me a iuuen
tute mea: etenim non po
tuerunt michi. Supra dor
sum meum fabricauerunt
pctores: prolongauerunt
iniquitatem suam. Dñs
iustus concidit cervices pcto
rum confundantur et con
uertantur retrorsum omnes

qui oderunt sion. Fiant
sicut fenum tectorum: quod
priusquam evellatur exaruit.
De quo non implebit
manum suam qui metet et
sinum suum: qui manipulos
colliget. Et non dixerunt
qui preteribant benedictio
dñi super vos: benedximus
vobis in nomine dñi. Ps
De profundis clama
ui ad te dñe: dñe
exaudi vocem meam. Fi
ant aures tue intendentes:
in vocem deprecationis mee.
Si iniquitates observa
veris dñe: dñe quis sustine
bit. Quia apud te propi
tiatio est et propter legem tuam su
stinui te dñe. Sustinuit aia
mea in verbo eius: speravit aia
mea in dño. A custodia matutina
usque ad noctem speret isrl' in dño
quia apud dñm mia:
et copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet israel ex
omnibus iniquitatibus eius.
Domine non est ex
altatum cor meum:
neque elati sunt oculi mei.
Neque ambulavi in mi
rabilibus: neque in inmirabilibus
super me. Si non humili
liter sentiebam: sed exalta
vi animam meam. Sicut
ablactatus est super matre
sua ita retributio in aia
mea. Speret isrl' in dño

ex hoc nūc et vsq; in sēlm ℣
Memento dñe dauid
et omis mansuetu
dinis eius Sicut iura
uit dño: votum vouit deo
iacob. Si introiero i ta
bernaculū domus mee: si
ascendero in lectum strata
mea Si dedero somnū
oculis meis: et palpebris
meis dormitationē. Et
requiem temporibus meis
donec inueniam locū dño:
tabernaculum deo iacob.
Ecce audiuimus eā in
effrata: inuenimus eam
in campis silue. Introi
bimus in tabernaculum
eius adorabimus in loco
vbi steterunt pedes eius.
Surge dñe in requiem
tuam: tu et arcꝫ sanctifi
cationis tue. Sacerdo
tes tui induantur iusti
tiam: et sancti tui exultēt.
Propter dauid seruū
tuū: non auertas faciem
xpi tui. Iurauit dñs
dauid veritatem et non
frustrabitur eū: de fructu
ventris tui ponam super
sedem tuam. Si custodi
erint filii tui testamentū
meū: et testimonia mea
hec que docebo eos. Et fi
lii eorum vsq; in seculū:
sedebunt super sedem tuā.
Quōm elegit dñs sion:
elegit eam in habitationē
sibi. Hec requies mea in
sēlm seculi: hic habitabo
quōm elegi eam. Viduam
eius benedicens benedicam:
pauperes eius saturabo pa
nibus. Sacerdotes eius
induam salutari: et sancti
eius exultatione exultabūt.
Illuc producam cornu
dauid: paraui lucernam
xpō meo. Inimicos eius
induam confusione: super
autē efflorebit sanctifi
catio mea. ℣ psalmus.
Ecce quā bonum et
quā iocundū: habi
tare fratres in vnū. Si
cut vnguentū in capite:
quod descendit in barbam
barbam aaron. Quod de
scendit in oram vestimenti
eius: sicut ros hermō qui
descendit in montē sion.
Quōm illic dñs mandā
uit dñs benedictionem:
et vitam vsq; in seculū. ℣
Ecce nunc benedicite
te dñm: omēs serui
dñi. Qui statis in domo
dñi: in atriis domus dei
nri. In noctibus extol
lite manus vras in sctā:
et benedicite dñm. Bene
dicat te dñs ex sion: qui
fecit celum et terram. ℣
Laudate nomen
dñi: laudate serui

dñm. Qui stat̃is i domo
dñi: i atriis domus dei nr̃i.
Laudate dñm quia bo
nus dñs: psallite nomini
eius qñ̃ suaue Quñ iacob
elegit sibi dñs: israel i pos
sessionem sibi Quia ego
cognoui quod magnus est
dñs: et deus nr̃ pre oñ̃ibus
dñs. Quia quecũq; voluit
dñs fecit i celo et i terra:
i mari et i oñ̃ibus abyssis
Educens nubes ab extre
mo terre: fulgura i pluuiã
fecit. Qui produxit ventos
de thesauris suis: qui percus
sit primogenita egypti ab
hoñ̃e vsq; ad pecus Emi
sit signa et prodigia i medio
tui egypte: i pharaonem
et ñ̃ oñ̃s seruos eius.
Qui percussit gẽtes mul
tas: et occidit reges fortes.
Seon regem amorreorũ:
et og regem basan et omnia
regna chanaam Et dedit
terram eorũ hereditatem:
hereditatem israel pplo suo.
Dñe nomen tuũ i eternũ
mr̃: dñe memoriale tuũ
in generatione et generã
tionem Quia iudicabit
dñs populũ suũ: et i seruis
suis deprecabitur Simu
lacra gentiũ argentũ et
aurũ opus manuũ hom̃.
Os habent et non loquẽ
tur: oculos habent et non
videbunt. Aures habent
et non audient: neq; enim
est spũs i ore ipsorum.
Similes illis fiant qui
faciunt ea: et oñ̃es qui con
fidunt in eis. Domus
israel benedicite dño: do
mus aaron benedicite do
mino Domus leui be
nedicite dño: qui timetis
dñm benedicite domino.
Benedictus dñs ex sion:
qui habitat in hierlñ. ps
Confitemini dño
quñ bonus: quñ in
sclñm mia eius Confi
temini deo deorũ. Con
fitemini dño dominorũ
Qui facit mirabilia
magna solus Qui fecit
celos in intellectu Qui
firmauit terrã sup̃ aq̃
quas. Qui fecit lumina
ria magna Solem in
potestatẽ diei Lunam
et stellas in potestatẽ noc
tis Qui percussit egyp
tum cum primogenitis
eorum Qui eduxit isrl̃
de medio eorũ In manu
potenti: et brachio excelso.
Qui diuisit mare rubrũ:
in diuisiones Et edu
xit israel per medium eius.
Et excussit pharaonẽ
et virtutẽ eius: i mari ru
bro. Qui traduxit popu
lum suũ per desertũ Qui

xcelsit reges magnos.
Et occidit reges fortes.
Seon regem amorreorū.
Et og regem basan. Et
dedit terrā eorū hereditatē.
Hereditatem isrl̄ seruo
suo. Quia i humilitate
nr̄a: memor fuit nostr̄.
Et redemit nos: ab inimicis nr̄is. Qui dat escam
omni carni. Confitemini
deo celi. Confitemini
dño dñorum: quoniam in
eternum mia eius. ps
Super flumina bab
ylonis illic sedi
mus et flevimus: dum
recordaremur sion. In
salicibus in medio eius:
suspendimus organa nr̄a.
Quia illic interrogaverunt nos: qui captivos
duxerūt nos verba cantio
num. Et qui abduxerūt
